 causa cur hoc Vaticinium, licet seprè decem annis posterius reuelatum sit, præ-
 cedenti nihilominus proximè subnectatur; respondet idem S. Doctor. *Quia
 non de Aegypto & superior, & hac, qua nunc dicitur propheta contextitur, licet diuersi sa-
 da si temporibus; amen quia de vna provincia prophetatur, tunc tibi sunt.* Quam do-
 ctinam sequuntur Tornielus & Salius ad an. m. 3462. num. 1. Perperam igitur
 Funccius ad an. m. 3361. istum annum ait esse 27. belli Aegyptiorum & Ba-
 byloniorum.

QUESTIO VII.

Quando hoc vaticinium de vastanda Aegypto completum fuerit.

1. VT harum rerum obscuritati lumen aliquod praferatur, aduertendum
 primò Aegyptum à Chaldaeo vastatam, longa Tyri obsidione finita, *id non fuit
 anno annu
 27. trans-
 mig.*
 neque id ante 27. annum transmigratio-
 nis Iechonix contigisse, vt hoc capite
 indicat Propheta. Suo etiam loco probabimus *anno post deuictos Aegyptios
 secundo oblatum Nabuchodonosori in somnium de statua, & paulo post aliud
 de arbore excidenda. tum post finem duodecim mensium eum ab hominibus
 eiec- tum, fœnum per septem annos, instar bestiae comeditse, vt patet Dan. 2. v. 1.
 iuncto cap. 4. vers. 26. & 30.* Itaque ab Aegypto debellata, vixit Nabuchodo-
 nosor, nouem, vt minimum annis, saltè inchoatis: vt trum autem pluribus; in-
 quirendum est.

2. Aduertendum secundo, vt bene præmonet Perauus lib. 10. cap. 17. ex Hero-
 dori sententia Pharaonè Nechao regnasse in Aegypto annos 16 quem secutus
 est Psammis annos 6. Apries 25. Amasis 44. ex quibus colliguntur anni 91. At
 verò in Africani fragmentis Pharaoni Nechao consignantur anni 6. totidem
 habet Psammis, Apries 19. Amasis 44. vniuersè 75. Apud Eusebium dantur
 Nechao 6. anni. Psammis 12. Apria 30. Amasi 42. vniuersè 90.

Quest. Chron. P. 3.

3. Ama-

pi

logia
menti

Tempus
Regum a-
liquet Ae-
gypti.

Quando
Amasis
obierit.

3. Amasin Herodorus & Diodorus obiisse tradunt anno 1. Olympi-
do Cambyfes Ægyptiacam expeditionem adornabat, quam abierit
perij sui quinto, cum Psammenitus iam sex mensibus principatum
strasset. Annus autem 3. Olymp. 63. finitur anno ante Christum
stendi Tract. de Olymp. q. 2. & quintus Cambyfis inchoatur, vnde
quæ annotabam, 1. Esdræ. q. 2. numer. 4. & in Tabulis expositis ad an-
te Christ. 525. cui si 91. annos addideris, quos ex Herodoti sententia
illi reges, ante Psammenitum regnarunt, comperies Pharaonem Ne-
cham inisse an. ante Chr. 616. sic ei successerit Psammis anno 602.
Amasis 569.

Computus
Africani
visosus.

4. At verò iuxta computum Africani Nechao regnare cepit
Christum 602. quod dictu proclive non iudico. iam enim apud
chao, quando Iosias è vulnere occubuit, tum anno quarto locum
chodonosor, anno vtiq; primo regni sui, eundem Nechao p. 46.
46. vers. 1. Ergo Nechao quatuor vt minimum vel quinque annos
gypto regnavit, quam Nabuchodonosor in Babylonia. Hoc autem
ex Africani doctrina Nabuchodonosor Babylone regnare cepit an-
te Christi æram 597. aut 596. non minus autem quam 43. annis
positus est, atque ita perigisset vsque ad annum ante Christum
pir annus 5. Cyri, apud Perlas regnantis, contra communem adfensum
qui Nabuchodonosoris excessum, annis aliquot regno Cyri p. 2.
maximè illi, qui ab initio regni Nabuchodonosoris, vsque ad annum
Cyri, quo laxata est captiuitas numerant annos 70. totidem quæ
vsque ad annum 2. Darij, quo restauratum est. Non placet igitur
tus Africani.

Eusebij ex-
plisatur.

5. Eusebius quo ad exordium regis Nechao parum ab Herodoti
graphia discedit. Nam secundum Eusebij ratiocinia Psammis
mus incidere in annum ante Chr. 609. Apries ad regnum veniens
regno autem & vita spoliaretur anno 567. Hoc autem modo, ubi
annum 6. Nechao adijciatur, vix erit vt clades ipsius in Choro-
num primum Nabuchodonosoris accommodetur. Deinde Apries
Stennio circiter p. 5. occupatam à Chaldæis Ægyptum interpres
men Herodoto aduersatur, cum sacra verò Scriptura meo iudicio
nat.

Notatio in
Herodoti.

6. Herodotum potro velut antiquiorem sequi malim, cum ab
aduersione. Narrat enim Ægyptios propter bellum Cyrenarum
gestum, ab Aprie de fecisse: ad hos placandos Amasim regis Præ-
& à rebellibus in regem electum. Tum Aprie regnum libertatis

13.
H. Philip

Chrono.
vet. Testa

A 11
17

manentem, praelio commisso superatum, captum, nec multo post extinctum, atque ita tandem principatum penes Amasim relictum. Verum ut bene insinuat Petrus in illo lib. 10. cap. 17. aliquid fortè minus verum huic narrationi inferrum videretur, cum verisimilius sit, Aegyptios non tam sponte quam à Babylonia coactos ab Aprie descivisse, & Amasin prius Nabuchodonosoria praefectum fuisse. Chaldaeo deinde in bellum mutato Aprien denuo ad regnum aspirasse. sed Amasin victoria tandem & regno potitum, regno sanè misero, multis cladibus ab hoste suo inflictis, mutuique inter Aprien & Amasim discordijs attrito. Tunc etiam non pauci Aegyptiorum Babyloniem ducti exulabant, nec ante Cyri imperium postliminio redierunt, ita ut iuxta Vaticinium Ezechielis per annos 40. miserimus fuerit illius status, siue Amasim prius Nabuchodonosori servivisse putemus, siue non; sed Aegyptios varias in partes distractos, iugum subinde excutere voluisse, conatu irrito, modò se ad Aprie, modò ad Amasim ductum applicasse, alios fidem Chaldaeo dante servasse, ac idcirco scèdum in modum huius regni membra, partim hostilibus, partim mutuis inter se vulneribus concisa fuisse. Quae verò Herodotus de felicitate Aegypti, sub Amasi tradit, merito inter fabulosa computantur.

7. Hisce praemissis, dicendum primò Nabuchodonosorem sub annum regni sui, non vigesimum, nec vigesimum quintum, quicquid aliqui ex Iosepho conijciant, sed post trigesimum expugnasse Aegyptum. Est Cornelij hic & Petri ad an. Periodi Jul. 417. Probat 1. quia anno 27. transmigrationis lechothae initio mensis primi, Aegyptus necdum in Chaldaeorum potestatem venerat, praedicit enim hic per Prophetam Deus vers. 19. *Eccè ego dabo Nabuchodonosor regem Babyloniae in terra Aegypti, & accipiet multitudinem eius, & depraedabitur manubias eius, & diripiet spolia eius.* Idem lucemeridiana clarius patet toto cap. 30. Anus autem vigesimus septimus transmigrationis, quo Propheta Aegypti depraedationem innox futuram vaticinabatur non iniit nisi sub finem anni 33. aut 34. Nabuchodonosoris. Probat 2. Cornelius, quia non prius Chaldaeis in praedam cessit Aegyptus, quam Tyrus post 13. annorum obsidionem caperetur. Deus enim hic vers. 18. ait illis mercedem oblabores in Tyro oppugnanda roboratos necdum esse redditam, & vers. 19. Nabuchodonosori & eius exercitui promittit se Aegypti spolia daturum. Quod si anno 20. aut 25. regni Nabuchodonosoris capta fuisset Tyrus, eius obsidio, anno 7. aut 12. eiusdem Nabuchodonosoris capta fuisset, cum tamen Ezechiel cap. 26. doceat anno vndecimo transmigrationis, mense primo, qui erat an. 18. Nabuchodonosoris necdum obsidiam, sed obsidendam Tyrum, eo quod latibunda dixisset, fractas esse portas Iero-

pi

logia
menti

Conclusa.

13.
H. Philip

Chrono.
vet. Testa

A 11
17

Ier. de morum, quod dicere non poterant, antequam Chaldaei cepissent, aut saltem obsidissent. Tum v. 7. *Ece ego adducam Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone, regem regum cum equis, & armis, & ceteris, populoque magno: Filias tuas que sunt in agro interfluvii, & circummunitis, & comportabit aggerem in gyro.* Ergo necdum circumdatus. Quæ ratio plana & valde probabilis mihi videtur: esse non affirmo. Dixerint enim aduersæ partis auctores, hoc verum intelligi, de obsidione Tyriz initio, quam aliqui putant anno 7. Nabuchodonosoris à parte copiarum eius inchoatam: sed de apprehensione Chaldaeorum, q. d. Chaldaei non exigua manu, ut hadenus, sed multis copijs Tyriz obsidionem urgebunt.

Conclus. 2.
Aegyptus
debellata
Anno 27.
Transmig.

8. Dicendum 2. valde probabile videri, debellatum esse cum illo ipso anno 27. transmigrationis regni Nabuchodonosoris 35. ut putat Cornelius. Nam id exigere videtur spatium illius temporis, in quo ille somnium duplex habuit, anno secundo ab Aegypto subiectionis bimestri est eiectus à consortio hominum, & cum belijs septem annis pergit: mentis deinde & regno redditus, mox decessit, ut patet ex 1. Regum 1. 2. 3. 4. 5. in Daniele. Alias miranda sine dubio fecisset, & videretur adeptus. Sed & Ezechiel de expugnanda Aegypto variè variè ui futurum insinuat, cap. 30. vers. 3. *Va, va dicit, quia iuxta est dies, & dies.*

Ante Chr.
175.

9. Annum istum 27. transmigrationis, & 34. Nabuchodonosoris mihi annus 575. ante communem Christi æram, cyclo Solis 23. 24. primus mensis, quem Nisan vocant, inijs circa 11. Martij, vel 12. Aprilis anno potuit Chaldæus spolijs Aegypti tuas copias ditare, & equis, & ceteris obitum præstare, quæ ab eo deinceps gesta leguntur: regnavit enim non expletos, ut alibi dictum.

Hi anni à
Nisan in-
choantur.

10. Dicit quispiam: In Martio & Aprili anno illo ante Christi natum inierat annus 27. transmigrationis: ergo in annum sequentem lata est hæc Aegypti vastatio. Resp. ita se res habet, si huiusmodi calculis supputemus: at verisimilius est, Prophetam in Nisan usum sacra annorum à Nisan orientium supputatione, more veterum cuius intelligentiam, sicuti vaticinia; ita & suas æras accomodandum est. Aliud plerumque fit in meris rerum gestarum computationibus, quales sunt in libris Regum, & Ieremiz 39. 41. 52. quædam istis aliquando civilis computatio locum habeat. Vbi verò Scripturæ libere agunt, ut hic Ezechiel, satis est, si ad popularem rationem calculi reuocentur. Si hæc responsio tibi minus ardeat, sic accipias.

subactam Egyptum anno 34. Nabuchodonosoris deficiente, vel 35. ineunte, non admodum contra nitat. Tantum memineris enthronismum Nabuchodonosoris à me non ad ann. 3. sed ad 4. Ioakimi constitutum, ac idcirco, quem annum nonnulli 35. Nabuchodonosoris numerant, eum ego 34. puto. Vide 4. Reg. q. 10. num. 5. & 7.

11. Notant aliqui hoc loco rationes temporum obscuriores esse: *primò*, quia ut ipsi putant, Nabuchodonosor anno regni sui 23. Ægyptum subegit: quomodo igitur nunc, post annos undecim ei & exercitui eius terra Ægypti tradenda dicitur? *Secundò*, quomodo Chaldæus nunc dicitur nullam pro labore suo aduersus Tyrum accepisse mercedem, cum multa spolia è varijs regnis amea collegerit? *Tertiò*, quomodo Ieremias intelligendus est, quando cap. 25. dicit nationes omnes ibi recensitas Chaldæis ad 70. annos seruituras? Nam quatuor, inquit, & quinquaginta duntaxat anni ab hoc, ad finem imperij Chaldæorum numerantur. *Quartò*, quomodo constare potest numerus 40. annorum, de quibus Ezech. cap. 29. v. 12? *Quintò*, quomodo idem propheta cap. 30. v. 14. & 15. Alexandria vititatem denunciat, cum ea ante Niniuen capta fuerit? ut testatur Nahum cap. 3. v. 8. & 9.

Obiectio
quintu-
plon.

12. Quidnam ad ista respondendum sit, ex dictis utcumque intelligi potest. *De prima*, negamus Ægyptum anno 23. Nabuchodonosoris deuictam fuisse, ut iam indicabam numer. 7. & 8. *Ad secundum* non est difficilis ex nostra sententia responsio: dicit enim Deus per Prophetam anno 27. transmirationis cap. 29. v. 18. *merces non est reddita ei, neque exercitui eius, de Tyro, pro seruitute, qua seruauit mihi aduersus eam*, quia nimirum, cum Tyrijs ante triennium ut nonnullis placet, vel ut reor, potius anno proximè elapso, debellatum fuerat, tanto militum labore, ut *omne caput decalatum, & omnis humerus depilatus esset*. Sic post Tyrum tanta mole deuictam, nulla Chaldæis præda, quæ alicuius momenti censeretur, obuenerat, donec Ægypto manum adijcerent. *Tertium* suo loco explicatum est, nimirum generalem multorum populorum seruitutem anno primo Nabuchodonosoris inceptam fuisse, tum singulis nationibus iugum sensim iniectum, ita ut post annos 70. mox Chaldæorum imperium ad Persas transferretur & seruitus anno primo Cyri dissolui inciperet. Ab hoc verò anno 27. transmirationis, Nabuchodonosoris 34. vsque ad annum primum Cyri, inclusis terminis, non pono 54. annos, sed 38. facile autem ab indulta exulibus Ægyptijs in patriam redeundi facultate, vsque ad restauratum regni Ægyptiaci statum, biennium aut triennium effluxerit, & misera terræ illius conditio 40. annos tenuerit, si non accurato, at populari saltém calculo, quo iure meritisimo S. Vates uti poterat illo cap. 29. siquidem vulgari amplificatione misertias Ægyptiorum ibidem exaggerabat.

Responso
quadru-
plex.

f 3

23. Deni-

pi

logia
menti

12.
H. Philip

Chrono.
vet. Testa

A IV
17

*Niniue
sapius ca-
ptus fuit.*

*Nabucho-
donosor
a. 23 regni
sui Syria
inuasit po-
tea Am-
mon.
Idgab. etc.*

*S. Vates ab
an. 27. ad
30. vadit vi-
putat S.
Hieron.*

13. Denique nodus ille, quo Alexandria & Niniue coniectum
bus eiusmodi calamitatibus communis est, & modo communi
enim Vibes aliaz potentia celebres, ita Alexandria & Niniue
pius in pristinam libertatem restituta: imò sapius cunctis, legibus
fuerunt. Nam exempligratia, Babylon cum à Cyro expugnata
eis post annis iugum excussit: sed eam Darius Hytaspis denuo
ex historijs constat. Idem de Niniue asserendum esse fidem
sub finem libri Tobiaz ex varijs auctoribus referebam. Idem
alexandria credere fas est: Nahum enim ante Manasse tempore
idcirco vastitas Alexandria, de qua loquitur, longè præcellit
de qua hic agit Ezechiel, qui cum denunciaret spoliamdam à Nabo-
fore Ægyptum, in qua erat Alexandria, Niniue iam erat expugna-
ter cap. 32. v. 2. Alexandria igitur ante & rursus post Niniuen
dam venit.

14. Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 11. cum retulisset Ieremiam
dæos qui sese in Ægyptum receperant, à Chaldæis partim in Ægyptum
Babylonem transportandos, id quod etiam factum est, inquit, quod
post excidium Ierolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabuchodonosor
ris vigesimus tertius, cum magnis copijs inuasit Cælen-Syriam, quæ
bellum gessit contra Ammonitas, & Moabitas, & his quoque postea
gyptum hostiliter est ingressus, occisoque qui tunc regnabat, & alios
finito, repertos ibi Iudeos rursus captiuos Babylonem abduxit. Quæ
non ita sunt accipienda, quasi eodem anno, omnes illas prout
fed quod illo anno Chaldæus cauem Syriam inuasit, tum Ammonitas
Moabitidem, ac tandem post decem vt minimum annos, Ægyptum
potestatem redegerit, & Aprie sublato, Amasin regem constituit
tem postremum illo anno 23, fieri non potuit, siquidem Ammonitas
annos 44. & anno 3. Olymp. 63. Cambysis quarto, cecidit & vita
confient 49. duntaxat, ab Urbis excidio, vsque ad annum 4. Cambyses
quod neque Iosephus, neque alius quisquam admittere potest.

EZECH. XXX. v. 1. & 20.

1. ET factum est verbum Domini ad me dicens, &c. Post regnum
Ennum annum captiuitatis regis ioachim, ait S. Hieronymus, reuertitur
tempus, quando contra Ægyptum coeperat propheta, id est, ad annum de
num mensem, vndecimam mensis diem. Censet itaque ea quæ cap. 30.
v. 17. vsque ad finem conscripta sunt, esse per digressionem, & longè
parenthesin interposita: quæ verò hic vsque ad v. 20. contextatur.

num reuocat, quo verbum Domini ad se factum canit Ezechiel cap. 29. vers. 1. nempe transmigracionis decimum. Idem Sanctius arbitratur, aitque esse, qui contrarium sentiant, neque sine aliquo fundamento, sed hoc videri facilius & expeditum magis.

2. Cornelius autem putat hanc prophetiam vsque ad ver. 20. spectare ad posteriorem partem cap. præcedentis, ac proinde anno 27. transmigracionis eandem. Eiusdem sententiæ est Torniellus ad an. m. 3462. eamque insinuat Theodoretus hic. v. 20. & tacitè Maldonatus ver. 1. Quæ interpretatio valde rationi contentanea mihi videtur: quia prophetia, quæ nullo temporis caractere notatur, præcedentem comitari vel subsequi, non autem antecedere censetur, nisi causa sit in promptu, cur secus arbitremur: quænam vero causa hoc loco subesse potest? Deinde versiculus huius cap. tertius insinuat, calamitatem quæ denotatur breui secuturam: *iuxta est dies, & appropinquat dies.* Quæ sententia melius ad annum 27. quam ad 10. applicari potest. Favent huic expositioni auctores illi, qui vers. 20. huius capituli asserunt Prophetam ab anno 27. ad 11. redire: si enim quæ huius cap. initio leguntur ad annum decimum pertinerent, diceretur Ezechiel, illo v. 20. non tam ab anno 27. ad 11. reuerti, quam à decimo ad vndecimum procedere.

Ver. 20. *Et factum est in vndecimo anno, in primo mense in septima mensis.* S. Hieronymus in hunc versiculum: reuertitur, ait, ad ordinem Prophetiæ. Post vice simum enim & septimum annum, nunc ponit vndecimum: quæ quæstio etiam superioribus continetur. Cum enim sermo Domini contra Tyrum factus sit in anno vndecimo, qui prius positus est; in consequentibus locutus est ad Pharaonem anno decimo, rursus que ponit vice simum septimum, vt diximus, & nunc vndecimum. Vnde colligimus 1. annum 27. cap. præced. v. 17. expressum, à capto Iechonia numerari. 2. Prophetias Ezechielis ordine temporis subinde mutato scriptas esse: quod ipsam in hunc locum obseruant Theodoretus, Hugo, Lyra, Sanctius, Cornelius & alij q. 6. num. 3. relati.

1. Caluissus ad ann. m. 3360. ait hoc versiculo vaticinium contra Tyrum cap. 26. inchoatum, continuari: sed obsistit sacer ipse textus, qui totus quantum fertur in Aegyptum. Idem auctor hanc diem 7. primi mensis vult esse 4. Aprilis. Si vndecimus hic annus à transportatione Iechoniae accuratè computetur, opinor hanc 7. diem commodè in 3. vel 4. Aprilis incidere potuisse, anno ante Christ. 590. cyclo Solis 8. Lunæ 1. Epacta 5. Methodus Clauij ad Neomeniam istam indagandam, pro fundamento, ponit annum Domini 339. & ordinem 28. ex quibus prodeunt Martij dies 26. horæ 2. min. ferè 24. Si autem vulgi more ad annum huius vaticinij tempus applicare lubet, mensis iste primus emerget circa 7. Aprilis, anno ante Chr. 591. cyclo Solis 7. Lunæ

*An forte
manet in
27. anno
transmigr.*

*Anno 13.
transmigr.
te. hontis.*

*Hoc onus
non Tyro
sed Aegy-
pto immin-
net.*

pi

logia
menti

P.
H. Philip

Chrono
vet. Testa

A IV
17

Lunæ 19. Epacta 23. nisi fortè vno mense citius annum factum tempore sint auspicati.

EZECH. XXXI. v. 1.

Duobus fore mensibus post præcedens vaticiniâ.

ET factum est, in anno undecimo, tertio mense vna mensis. Sæd hanc prophetiam contigisse, antequam Vrbs à Chaldæis caperetur: quod vulgari accipiendum est: Vrbs enim capta est, mense quarto, die v. 6. hoc autem oraculum Ezechieli oblatum est prima die tempore dem autem anno factum est hoc verbum ad Ezechielem, quo tempore antecedens, duobus tamen ferè mensibus tardius, vt notat Cornelius, mensibus, inquam, non Latinis, sed Hebræis, dies quibus: præcedentem enim prophetiam S. Vates accepit 7. die mense hanc i. Siuan.

EZECH. XXXII. v. 1.

Variatio.

1. **E**T factum est duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis. Hanc quidem retinet lectio nem: Sed in multis, inquit, exemplaribus duodecimus annus, & mensis decimus ponitur: iuxta ceteros autem interpretum annus & decimus mensis. Theodoretus hic, Sec. 12. prius legit, in decimo mense, deinde ex vulgato, 12. anno, & mense 12. Græca autem habet in decimo anno, in decimo mense: versio autem Latina in duodecimo anno, in decimo mense. Hebræa & nonnulla Græca conueniunt, Ex quibus patet 1. hic esse magnam de anno & mense conuenientem de die, 2. non in omnibus exemplaribus 70. ponitur mensis multis, vt monet S. Hieronymus.

Editio vulgata retinenda.

2. Vera ideoque retinenda vulgata editio Latina, quæ cum Epacta & annum & mensem duodecimum exhibet: annum vtiq; duodecimum capto Iechonia, vt plerique interpretum docent, sicut ab eodem capto annus aram suam deduxit Ezechiel, cap. 1. v. 2. cap. 8. v. 1. cap. 20. v. 1. cap. 26. v. 1. cap. 29. v. 1. & 17. cap. 31. v. 1. & infra cap. 33. v. 1. vt deus donatus, qui iure miratur Hebræos, & qui nimio quodam modo miratur, pergere etiam hoc loco interpretari duodecimum annum. Sæd ratio ista dies prima mensis duodecimi, anni duodecimi à creatura Iechonia mihi incidit in (vel propè) decimam quintam Februarii præteritam Christi 589. cyclo Solis 9. Lunæ 2. epacta 16.

EZECH. XXXII. v. 17.

Diebus 14. **1.** Et factum est in duodecimo anno, in quinta decima mensis, factum est

post precedens vastationem.

primi ad me dicens: caue lugubre, super multitudinem Aegypti. His consonant Hebraea: at vero Septuaginta iam S. Hieronymi & Theodoretum temporibus discrepabant, licentiam habent: Et factum est in duodecimo anno, primi mensis, quinta decima mensis. Non tamen idcirco vulgata nostra editio deleenda est, cui etiam S. Hieronymus adhæret, dum hunc locum sic interpretatur: in eodem anno, & in eodem ut putamus mense, sed non in vna, ut supra, mensis, verum in quinta decima, hoc est 14. diebus postquam Ezechieli dictum erat: assume lamentum, hic vers. 1. Assentiuntur Lyra, Hugo, Maldonatus, Mariana, Sa, Cornelius, Menochius. Addunt bene S. Hieronymus & Hugo, præcedentem prophetiam non Nilunio, traditam fuisse; hanc plenilunio. Tunc enim Hebræi suos menses ad Lunæ cursum accommodabant, quod etiam num factitant. Itaque iussus fuerit Prophetæ, lugubre canere anno ante Christi æram 589. circa 28. Februarij, iuxta ea quæ paulo ante notabam.

EZECH. XXXIII, v. 21.

Et factum est, in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis, transmigrationis Nostræ, venit ad me, qui suserat de Ierusalem dicens: vastata est ciuitas.

Q V Æ S T I O VIII.

Quandonam Ezechiel nuncium de Vrbe vastata acceperit.

1. Hic Septuaginta Sixti habent, in anno decimo, mense duodecimo: apud Theodoretum: anno duodecimo, mense duodecimo. Syrus anno undecimo, mense duodecimo, ut refert, & fauet idem Theodoretus. Verum ut in præcedentibus; ita hoc loco editio Latina illis præponenda est, & legendum: in anno duodecimo mense decimo, die quinta, prout legimus apud S. Hieronymum & Theodoretum, in Hebræo, Chaldæo, plerisque Græcis exemplaribus. Anno enim decimo transmigrationis Iechoniæ, de qua hic est sermo, necdum erat capta ciuitas. Clades itaque Ierololymitana, anno duodecimo, mense decimo, quinta die Ezechieli nunciata est.

Annoto. transmigrationis non est vastata ciuitas.

2. Hinc detegitur Capellitemeritas, qui anno m. 3409. cum omnes, inquit, prophetia Ezechielis, ordinem temporis sequantur accuratissime &c. Hanc enim suppositionem falsam esse quiuis deprehendet, qui hanc narrationem anno 12. mense decimo factam cum duobus varicinijs præcedentibus cap. 32. v. 1. & 17. notatis contulerit, ut ea taceam, quæ ex varijs bonæ notæ scriptoribus supra non semel annotavi de ordine temporis in harum prophetiarum contextu, non vbi que obseruato. Vide cap. 31. ver. 1. Sed restat dubium, quanto tempore post captam Ierusalem, hæc Vates acceperit.

Contra Capellum.

Quest. Chron. P. 3.

3. S. Hie-

pi
logia
menti

Quando
capti sunt
iher.

3. S. Hieronymus hic. Vndecimo anno Sedecia, inquit, quom-
pra est ciuitas Ierusalem : hæc autem prophetia, duodecimo me-
nse, quinta mensis, captiuitatis siue transmigrations, quatuordecimo
chonia. Ex quo ostenditur, post vnum annum & quatuordecimo
quinque dies à capta Ierusalem, venisse Babylonem vnum ciuitatis
qui nunciaret captam Urbem arque vastatam. Allentiorum Hiero-
Sanctius, Cornelius.

4. Grauitas patronorum huius opinionis, eam interpretatio
probabilem: ratio tamen, qua vtriusque, efficax non videtur. Cap-
tas anno vndecimo Sedecia, & transmigrations de sinente, dicitur
Ezechielem venit anno duodecimo iam corrente. Adhuc cum Nabuchodonosor
Babylone imperaret, mirum valde foret, si non nisi post 17. menses
nuncios, quâ per captiuos, tum Babylonij, tum exules Iudeos
certiores fierent. Respondent aliqui, vt Sanctius, Iudæos, qui Babylone
facile potuissent ab ijs, qui cum Sedecia fuerat abducti, Urbem ex-
ire: sed publica & quasi legitima legatione, non nouerant. Hanc autem
ijs missam putant, quo occiso Godolia in Ægyptum profugerat
pore captam dici Urbem, & Iudæam desertam, quia Iudæi vnum
tam in Urbibus, quam in cauernis & Urbium ruderibus habitabant.
pheta insinuat. Hanc autem responsionem facile amolitur, quod
casum post 17. circiter menses Babylone lippis & tonforibus
circo ad eum nunciandum publica legatione opus non fuisse, vt
qui fugerat de Ierusalem, non tam legarum publicum ex Ægypto
priuatum aliquem Ierosolymis fugitiuum indicare videntur.

Nuncius
de capta
urbe cito
venit Ba-
bylonem.

5. Cornelius vero fatetur mirum quidem videri, quod Ezechie-
tius de Urbis expugnatione nuncium accepit; vt iam in raris con-
dem Ierosolymæ effugerant, paucitate, & locorum distantia, idcirco
esse: cum quisque de se, & vita sollicitus, parum de clade hac in Babylonia
cianda cogitaret. Ego vèrò non possum non mirari, Nabuchodonosor
per nuncios, vel per captiuos, suas victorias Babylone non prius
cè notissimas fecisse, quàm annus & quinque ferè menses effluis-
quidem aliquando in mentem venerat, vt cap. 5. Synopsicos indicat
ne illo qui Ezechieli dicebat: vastata est Ciuitas, calamitatem Ierusalem
nunciò significari, sed tanquam ab exule deplorari. Sed postea clari-
uerti, S. Hieronymum obistere, dum ait, venisse Babylonem vnum ciuitatis
docere videntur, hunc fugitiuum ad Ezechielem venisse eodem anno

Nempe eo
dem anno
quo fuerat
vastata.

13.
M. Philip

Chrono-
log. Testa

A IV
17

Jerusalem euerſa fuerat, quinto circiter menſe ab eius expugnatione facta quarto menſe anni ſacri ſiue Tamuz, anno Sedeciae vndecimo deſinente; menſe Ab, ſiue quinto fuit incendium Nabuzardan: menſe Tiſri Godolia mors illata. Sic decimo menſe Tebeth dicto, calamitas à fugitiuo nunciata eſt, corrente iam anno 19. Nabuchodonoforis, & 12. tranſmigrationis Iechoniae. In hanc ſententiam venire coguntur, qui Sedeciae dant annos 11. Chronologicos poſt Ioakim, hoc eſt, diſtinctos ab ijs, qui poſt Urbis excidium numerantur, quod facit Chro- nicos Alexandrin. Beda; A do, in Chronicis, Lyra in c. 6. Baruch, Pererius li. 10. in Daniel. q. 3. Caſtrius in Chronotaxi prophetiarum Ieremie. Fauet Cornelius Baruch 6. v. 2. vbi ab anno 11. Sedeciae, vſque ad annum 1. Cyri, ait fluxiſſe an- nos 19. ergo addendi ſunt 11. Sedeciae, vt colligantur 70. anni captiuitatis Baby- loniae. quam inchoat à tranſmigratione Iechoniae. Ierem. 29. v. 10. 9. Quarto ergo fauet etiam S. Hieronym. dum Ezechielis 4. ab anno 6. Ezechiae vſque ad templi deſolationem enumerat annos 135. quod verum ex illius ſupputatione non eſſet, niſi vndecimum Sedeciae includeret: ait enim inde ſecutus deſolatio- nis annos 70. vſque ad annum 2. Darij Hyſtaſpis. Imò ibidem alios 164. annos colligit, in quibus 11. Sedeciae tribuit, deinde annos 70. deſolationis atexit, & ex vtraque ſumma conſtat 234. perperam autem id faceret, niſi annos illos 11. quos adſcribit Sedeciae præponeret deſolationi, quæ incepit vel quarto men- ſe, quando Urbem cepit Chaldaeus, vel quinto, quando eam incendit. Sic men- ſe decimo iam inierat annus 12. regni Sedeciae & transportationis Iechoniae. Iuxta hanc opinionem, potuit hic annus in Syro textu vocari vndecimus tranſ- migrationis, ſubaudi, vel expletus, vel more vulgi comptatus: quia curren- te illo anno ſacro, quo capta eſt Ieruſalem, exijt annus 11. tranſmigrationis, & ante menſem Tebeth inijt 12. quo dictum eſt Ezechiel: *vaſtata eſt ci- uitas.*

7. Hic annus eſt mihi ante Chriſti æram 550. cyclo Solis 8. Lunæ 1. qui- bus caracteribus diem quintam menſis 10. non procul à 22. Decembris con- ſequamur. Eſt autem verſimile iſtum nuncium è Iudæa profugiſſe non actu- rum ciuitate captâ, ſed iam combuſta: imò fortè Godolia perempto, & retu- liſſe (quod pridie diuinitus acceperat Propheta) non ſolum urbem exciſam, ſed etiam Iudæarum quorſdam in latibulis reſidere, ſperantes ſe paulatim terram denovo habitatoribus repleturos, cum id vnus Abraham potuerit: ipſi verò plures eſſent ſuperſtites. Qua occasione accepta vanam eorum præſumptio- nem redarguit Propheta, carpit crimina, & imminentem eis peſtem, terræque ſolitudinem denunciât, vt latiùs deducunt interpretes: quæ omnia in eum annum, quo ciuitas euerſa eſt, optimè quadrant.

f 2

EZECH.

*Essee
huic ſemi-
tentia S.
Hieron.*

*Ante Chr.
anno 550.*

EZECH. XL. v. 1.

IN vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni decimo
Idodécimo anno, postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac die, facta est
Domini.

QVÆSTIO IX.

Quando hæc prophetia Ezechielis tradita sit

Hebrais
exordium
anni tri-
plex.

1. **E**xordium anni triplex apud Iudæos reperitur. 1. anni facti
tractuum, Sabbaticorum, Iubilæorum à mense Tisri ordinari-
ticulares, ab aliquo certo mense, quo singulare quippiam con-
v.g. ab enthronismo alicuius regis. Sic anni ab Exodo ac curate
computantur. Anni ingressus in terram die 10. eiusdem. Anni capite
die 9. Tamutz, incensæ, 9. vel 10. mensis Ab. Ternæ pariter sunt
interpretationes. Prima est communi Hebræorum, qui hoc annum
commodant ad mensem Tisri, quo Iubilæum illo tempore copon-
quia primam Ezechielis prophetiam consignant anno quinto
nis, periodi Iubilææ 30. his addunt 20. & exurgit annus 27. transi-
dem 50. siue Iubilæus. Quoad mensem assentitur Mariana, & pro-
Cornelius. Fauet Theodoretus, qui locum istum, ubi habemus
interpretatus est, in nouo anno: qua nomenclatura Hebræi men-
gnant, vt hic notat S. Hieronymus.

2. **S**ecunda classis interpretum, hoc anni exordium cen-
rendum, & ab ea prophetia, quæ cap. 1. Ezechielis describitur, hinc
19. menses 9. dies quinque supputat: totidem enim effluxerunt, à
mensis quarti, anni à transmigratione quinti, vsque ad istum eiusdem
grationis quintum & viceesimum. Ita hunc locum explicat S. Hiero-
Lyra, Maldonatus, nec aliud Cornelium voluisse puto, dum hoc
ab illa prima visione 20. annis submouet, & mense Nisan adferbit.

3. **S**. Gregorius autem tertiam viam insistit, & hanc prophetiam
ad exordium illius mensis, quo percussa est ciuitas, ita vt Dei bonitas
pheteriam ea die inspirauerit, qua ciuitatem iustitia percusserat. Grego-
quitur Hugo, & exordium anni hoc loco ait esse emergentis à tempore
Chaldæus Ierosolymam expugnauit.

4. **P**rima opinio sine efficaci argumento sumit, quod probandum
tia opinio, non videtur commodè applicare diem 10. ad Urbis expug-
enim fuit nonus quarti mensis. Ierem. 52. v. 6. Si vero ad tempus & trans-
grationem dies ista 10. referatur, interpretatio non erit incongrua.
enim nona quidem die Ab, violatū est, vt tradit Hebræis sed decima

17.
H. Philip

Chrono
vet. Testa

A IV
17

cum ipsa vrbe regijque palatij. Ieremia 52. v. 12. quasi Propheta diceret: anno 25. transmigrationis incepto, & 14. ab vrbe euerfione illa ipsa die decima quinta mensis, qua conflagrauit. facta est super me manus Domini, &c. Sic ista propheta incidit in diem 10. quinti mensis Ab nuncupati.

5. Existimo tamen probabilius esse, hanc orationis particulam, ipsa hac die, non referri ad cladem ciuitatis, sed solum ad diem anni ineuntis, & mensis Nisan, vt prater iam laudatos num. 2. notat Menochius. Sicut enim alibi passim annorum & mensium seriem a Nisan sacra Scriptura computat, nisi quid aliud insinuerit hoc loco Propheta ad idem principium respexisse, & hanc visionem, annis ex quo prophetare coeperat 19. mensibus 9. & diebus quinque explicitis accepisse videtur.

6. Notat hoc loco Theodoretus post Jechoniam abductum, Sedeciam regnasse 11. annos. paucis, inquit, mensibus exceptis: quippe cum vndecimo Sedecia regis annis capta sit vrbs. Vnde infert, iure igitur dixit, annum quo capta fuit vrbs quartum decimum, sua captiuitatis quintum & vigesimum esse. Sciam Gregorius: vndecim, inquit, annis regnauit Sedecias post captiuitatem primam, in qua Ezechiel Propheta, cum Ioachim rege ductus est. Post captiuitatem vero eiusdem Sedecia, quae etiam secunda erat vrbs captiuitas, quarto decimo anno, Propheta visionem vltimam vidit. Vndecim itaque & quatuordecim simul iuncti faciunt quinque & viginti. Eodem modo Hugo ratiocinatur. Ex quorum antiquissimorum & grauissimorum auctorum Theodoreti, inquam, & Gregorij sententia, colligo Sedeciam annos 11. Chronologicos regnasse, & vrbem captam anno illius 11. non ineunte, sed exeunte, vt pluribus disputabam, 4. Reg. q. 22.

7. Qui Sedecia 10. tantum annos Chronologicos imputant, non tam clare annum decimum quartum captae ciuitatis cum vicesimo quinto transmigrationis coniungunt. V.g. Cornelius in Harm. Chron. Prophetarum anno suae computationis ante Christum 607. verno tempore Iechoniam abductum tradit, vrbem excisam anno 592. hanc autem prophetiam signat anno 578. die 10. Martij sive Nisan. At qui anno isto ante Christum 578. die 10. Nisan, adhuc quidem fluebat, annus 14. vrbe euerfite, iuxta accuratas illius rationes, sed iam inierat annus 26. transmigrationis, si ab initio Nisan anni transmigrationis aperiuntur. Si vero post Nisan, inchoantur, non erit facile ostendere, quomodo Ezechiel prophetare coeperit anno 5. suae transmigrationis, vrbs euerfa fuerit anno 11. Sedeciae anno ante Chr. 592. & simul haec propheta edita anno ante Christum 578. prima die Nisan, anno 25. transmigrationis.

8. Opinor Ezechielem supputatione populari annos tum suae captiuitatis, tum vrbe vastatae, ad morem anni sacri, ab initio Nisan accersere (nisi efficaci argumento aliud constet) & hanc de templo visionem ei oblatam anno ante

Conclusio.

Sedecias regnauit annos 11.

Annus 14. vrbe capta est 25. transmig.

Hic S. V. ad ses annos deducit a Nisan in sui prophetijs.

vulga-

P.
H. Philip

Chrono
Testa

A IV
17

vulgarem Christi æram 577. cyclo Solis 21. Lunæ 14. circa 11. Aprilis
rigido calculo vti placuerit, hoc vaticinium haud grauatè reuocet
Martij currente anno ante eandem æram 576. cyclo Solis 21. Lunæ 14.
9. Postremo hic breuiter animaduertendum, istam de temporum
tiam esse quidem post cæteras vltimo loco conscriptam, attamen
poris prius editam, quàm oraculum de vastanda Aegypto, cap. 29. v. 27.
transmigrationis notatum.

¶

NOTE ET QVÆST. CHRONOLOG.
IN DANIELIS PROPHECIA

Daniel
prophetas
vt mini-
mum 74.
annos.

Scribit Daniel susceptam à Nabuchodonosor
contra Iudeos expeditionem anno 3. Ioakim
deinde cap. 10. sibi oblatam visionem
Cyri, intellige à Babylone subacta, vt Theodorus
& alij suo loco recensendi bene aduertunt. Anno
3. Ioakim ordior anno ante Chr. 610 iterum Cyri
no 536. Hic itaque liber porrigitur vt minimum
spatium 74. annorum. Quanto vero tempore
ceps superstes fuerit Daniel, non constat.

DANIEL. I. v. 1.

Anno tertio Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonia in Ierusalem
obsedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda.

QVÆSTIO I.

Vnde ducatur hic tertius annus.

Nō ex quo
Ioakim
tributum
pendebat
Chaldaei.

I. Hugo, Lyranus, & alij nonnulli putant, hunc annum esse tertium
Ioakim, non absolute, sed ab illo tempore, inquit Lyranus, quo
tributarius regi Babylonia, & iste fuit vndecimus annus regni sui. Quæ interpretatio